

Wendens-  
schleogl

1771



D

30.

C

IN

TEM  
EJU  
R

J. U

Su



17  
S. 20  
**DISSE**  
**R**  
**T**  
**A**  
**T**  
**I**  
**O**  
**JURIDICA**  
**DE**  
**ANTIQUA**  
**OBSERVANTIA.**

von

**dem alten Seremonien.**

IN REBUS POTISSIMUM EMPHYTEUTICIS,  
ALIISQUE JURIBUS USITATA, ET PROBANDA,

IN QUA

TEMPUS AD OBSERVANTIAM ANTIQUAM REQUISITUM,  
EJUSDEMQUE ARTICULATIO, AC PROBATIO TAM EX JU-  
RE COMMUNI, ET IMPERIALI, QUAM BAVARICO ANTIQUO,  
AC NOVO EXPLANATUR, ATQUE RERUM JUDICATA-  
RUM AUCTORITATE FIRMATUR.

*Hd 3504* AUCTORE  
**JOANNE GEORGIO**  
WENDENSCHLEGL,

J. U. L. CONS. AUL. MONAC. ADVOC. ET EXEMPT. MONA-  
STERII WESSOFONTANI, SUPER. BAV. JUDICE.

ANNO MDCCLXXI.



MONACHII,

Sumptibus Joannis Nepomuceni Friz, Bibliopolæ Academici.

8.12.05.



# Dissertatio Juridica de antiqua observantia &c.

*Imprimatur.*

Signatum München in dem  
Churfl. Bücher-Censur-  
Collegio den 10. Julius  
1771.

Wilhelm Wodiczka,  
Secretar.mpr.

P

quen  
ris in  
lustris  
tendi  
do to  
germ  
hanc  
dem  
ta, e  
vel a  
nonis  
su an  
Obse  
tia le  
ac ta  
gume

luce



## PRÆFATIO.

Postquam superioribus annis successive nonnullas Lucubrationes juridicas, veluti Processum judicarium Probatorium, ac Reprobatorium; (materiam certe in judiciis utilissimam, frequentissimam, ac necessariam) Dissertationem de probanda temporis immemorialis Præscriptione; de Fideicommissis Familiarum illustrium in defectum masculorum ad Filias renuntiantes transmittendis; de usu, & auctoritate judicii possessorii retinenda; de modo testandi ad acta judicialia; nec non de usuris in consuetudine germanica fundatis &c. enucleavi, atque evulgavi; lubet illis & hanc succedaneam Dissertationunculam de antiqua Observantia, von dem alten Herkommen, in rebus potissimum emphyteuticis usitata, & probanda associare; Sæpe enim accidit, ut in Emphyteusi, vel alterato Precario circa præstationem Laudemii, vel annui canonis, urbarii, libris censualibus, aut litteris emphyteuticis casu amissis dominus directus, vel colonus jus suum per antiquam Observantium tueri necesse habeat, ita, ut hujusmodi Observantia legitime probata vim pacti, instrumenti, immo legis suppleat, ac tamdiu in vigore suo persistat, donec contrarium liquidis argumentis doceatur.

Utile mihi proin visum fuit, præsentem hanc dissertationem luce publica donare, in qua

1. Ipsius observantiae novi cuiusdam juris inductivæ, atque in rebus potissimum emphyteuticis usitatæ definitio, ac indoles.
2. Quodnam tempus ad eam rite obtinendam,
3. Quot, & quales actus frequentati requirantur?
4. Exempla practica, atque in rebus emphyteuticis, aliisque juribus per sententias decisâ.
5. Quænam aliæ res vi antiquæ Observantiae obtineri queant.
6. Cui incumbat onus probandi observantiam?
7. Quomodo ea articulari,
8. Quomodo probari,
9. Quomodo reprobari debeat, ac possit?
10. Quomodo alias locum non habeat?
11. Quatenus a Præscriptione differat?


Et denique

12. Qualem vim, ac effectum habeat, fundamentaliter pertractatur.

Antiquam porro Observantiam singularis attentionis esse, vel ex eo liquet, quod tam in jure communi, quam constitutionibus Provincialibus antiquis de anno 1616. & Recentioribus de anno 1756. variis in locis persæpe ad eam remittamur. Præsertim in Cod. civ. part. 4. cap. 7. §. 11. num. 9. circa Laudemia, & part. 2. cap. 11. §. 3. num. 12. circa operas, & passim alibi. Quamvis itaque antiqua Observantia in pluribus rebus, ac juribus obtinendis, & conservandis locum habeat, velut etiam in imperio mero, si in aliqua civitate observantia receptum sit, ut semper Senior ex Senatoribus habeat jurisdictionem criminalem, Franc. Baltasar Braun. de imper. mero cap. 1. §. 5. n. 25. Quod fidejussor ante discussionem Principalis conveniri queat, Gaill. lib. 2. obf. 27. n. 29. Quod aliquæ civitates, & oppida in Bavaria gaudeant jure de non evocando cives ob delicta alibi commissa; vel quod subditus alicujus loci in causa delicti extra territorium provinciale com.

commissi vi observantiae ; non obstante jure de non evocando ;  
extra provinciam comparere teneatur, Anmerkungen. in cod. Bav.  
judic. cap. I. §. 4. lit. c. & si qua sunt alia : nihilominus quia in  
his, ac similibus juribus observantia circa tempus, & probatio-  
nem ejusdem est indolis, qua in præsenti Dissertatione deducta  
est ; ideo supervacaneum foret, pluribus casibus, ac exemplis,  
quæ alias omnia recenseri non possent, idem per idem dicendo  
paginas explere. Consultius proin mihi visum fuit, ipsam obser-  
vantiam circa tempus requisitum, ac modum articulandi, & pro-  
bandi preesse, ac solide, insuper & practice discutere ; præsertim,  
quia nullus interpretum hanc observantiam, ejusque modum arti-  
culandi, & probandi ad nostram praxin judiciariam ex instituto  
tractavit, & quæ Kemmerich. in libr. de prob. consuet. imperial. &c.  
deduxit, dispersa sunt, & ad nostrum propositum in multis non  
apposita : denique D. Christoph. Clingensperg. in dissert. de operis  
subdit. cap. 4. assert. 43. cum D. Francisco Baltasar. ead. dissert. ma-  
teriam hanc non nisi obiter, & per transennam tetigit. Cæterum  
melius esse, pauca idonea effundere, quam multis inutilibus Le-  
torem gravare, vetus verbum est ex l. 2. §. 16. cod. de  
vet. jur. enucleand.





DE  
ANTIQUA OBSERVANTIA JURIS CUJUS-  
DAM INDUCTIVA.

§. I.

Referuntur variae antique species. **Q**uemadmodum in jure nostro varia negotia, jura, & facultates pro varietate sui objecti, ac subjectæ materiæ in varias quoque, & diversas abeunt species: ita & observantia antiqua, das alte Herkommen, varias sui divisiones fortitur, cuius quædam in observantium juris siue facultatis ejusdem inductivam, (a) alia in declarativam, seu interpretativam, quæ circa actus alicujus generaliter, vel ambigue gesti declarationem, & interpretationem versatur, (b) atque harum utraque in privatam, & publicam, siue imperialem (c) principali divisione discernitur.

§. II.

- (a) Per quam scilicet jus novum antea incompetens, vel insolitum inducitur, atque exercetur. § 2. infra.
- (b) Qua ratione, si quæatur, an v. gr. castro aliquo simpliciter vendito vendita quoque censemur jurisdictio, mixtum, aut merum imperium, inspicendum est, quid postea fuerit observatum, an, & quatenus emperor exercuerit jurisdictionem, mixtum, vel merum imperium, Georg. Everhardus. vol. 2. consl. 17. n. 56.
- (c) Quarum prior ad causas privatas, posterior vero ad statum publicum imperii Rom. germanici pertinet, cuius mentio fit in Bulla aurea cap. 9. in fin. Kemmerich. de prob. consuet. §. 7. vulgo das Reichsgerkommen salutatur.

## §. II.

Nobis observantia interpretativa, & imperiali hic transmissa, aliasque subdivisionibus, quin & physica, ac moralis observantiae acceptatione ad Kefnerichium (a) remissa, de prima potissimum specie sermo est, de observantia nimurum juris cuiusdam inductiva, seu conservativa; Quæ est jus non scriptum, (b) sive facultas uni, (c) vel pluribus (d) competens ad actum aliquem (e) contra (f) vel præter Legem (g) aut ex permissione Legis (b) exercendum, actum quoque conformitate, (i) & temporis diuturnitate roboratum.

Hic tres  
etatur de  
observantia  
juris cuius-  
dam indu-  
ctiva.

Quæ de-  
finitur

## §. III.

Ex qua definitionis circumstantia, ubi de observantia Legi, vel Statuto contraria, ex aperta tamen Legis per millione descendente mentio facta est, causa quædam inter Titium, & Cajum in puncto reparandæ viæ privatæ haec tenus ventilata prona ratione deciditur; cum enim Titius viam aliquam propterea reparandam haberet, eo quod ipsius

Et quo-  
ad partem  
duobus

- (a) In libr. de consuet. §. 2. *O* seg.
- (b) Instar consuetudinis. Jus autem hic accipitur pro facultate aliquid agendi, vel omittendi, sicut ususfructus dicitur jus utendi, fruendi, actio jus persequendi &c. ubi scilicet effectus ponitur pro causa, & jus ipsum per actum exercitum denotatur.
- (c) Per hoc quidem nonnulli Interpretes differentiam statuunt inter observantiam, & consuetudinem, quatenus hanc nonnisi a pluribus, vel tota aliqua communitate, observantia vero etiam ab uno exercetur: In Bavaria tamen pro synonimis habentur, Cod. civ. part. I. cap. 2. §. 15. *Unmerkungen ibi num. I.*
- (d) Et sic talis observantia non tantum uni; sed etiam pluribus in communitate potest competere.
- (e) In quibus vero actibus requiratur, constat ex dictis §. 10. *O* 24.
- (f) Quæ & abrogativa legis, vel Statuti dicitur.
- (g) Per quam inducitur novum jus, cui anterior lex nulla resistit.
- (h) Eaque etiam expressa, cum sepe lex, vel statutum aliquid præcipiat, vel prohibeat, addita tamen expressa clausula, nisi in quodam loco aliud per observantiam fuerit introductum, Cod. Bav. part. 4. cap. 7. §. 11. num. 9.
- (i) Id est, ut actus non sint contrarii; actus enim contrarii, & disformes non sunt confundendi, sed hi pro non gestis habentur, & sic non attenduntur, *Unmerkungen in Cod. Bav. part. I. cap. 2. §. 15. num. 2.*

ipius fundi, & agri prædictæ viæ immediate adjacerent, Cajum vero fundor suos mediate adjacentes habentem ad cumulativam viæ reparationem spectato tam jure communni, quam etiam expressa constitutione Bavaria (a) recte conveniret, memoratus Cajus sententiam absolutoriā ex hac ratione obtinuit, quia probata hujus loci observantia habet, eos, qui dictæ viæ fundos mediate tantum cohærentes possident, ad viæ reparationem nunquam fuisse obligatos, quæ proin contraria obseruantia, cum expresso legis textu juvetur, (b) tanquam a lege permitta in causarum decisionibus rite est attendenda.

(a) Lands, und Pollicen = Ordnung lib. 3. tit. 13. art. 3.

(b) Lands, und Pollicen = Ordnung loc. cit. ibi : Es wäre dann an einem andern Ort anders herkommen, und daselbs ein richtige Ordnung gehalten worden, soll es dagey verbleiben.

## §. IV.

**Exemplis** Quamvis e contrario in alia facti specie, in qua communitas quædam viam per fundos alterius communitatis ductam hucusque raparabat, novissime vero onus reparationis ex eo capite a se amovere contendebat, eo quod de jure in suo quivis fundo vias reparare teneatur, (a) merito conclusum fuerit, prædictam communitatēm vi observantiae præsertim immemorialis (b) ad viæ reparationem posse obligari, esto etiam titulus aliquis specialis a parte adversa non fuerit productus. (c)

(a) De qua re in Bavaria exstant mandata generalia de 3. Jan. anno 1735. 29. Jan. 1738. 19. Jun. 1741.

(b) Quæ de jure communii in rebus hujusmodi exorbitantibus requiri videntur, B. Schmid. ad flat. Bav. tit. 21. art. 21. n. 3. in fin.

(c) Eo quod ipsam observantia immemorialis sortiatur vim tituli præsumpti, Mynsinger. cent. 1. observ. 20. Gorg. Everherdus. vol. 1. cons. 8. n. 5. Et sic conclusum fuit in Electorali consilio aulico Monacensi in puncto reparande viae zwischen denen Gemeinden zu Forst, und Gaissboint, der Hosmarch Wessobrunn. dat. 5. Nov. 1751.

## §. V.

**Ad obser-** Præterea cum hujusmodi observantia in ipso usu, at-  
**vantiam re-** que exercitio alicuius juris radicem habeat: consequens  
**quiruntur** est, ut ad eam rite introducendam, stabilendamque actus  
uni-

uniformiter gesti concurrant: tunc etiam in articulanda tali actus gesti,  
observantia actuum conformiter frequentatorum omnino & confor-  
mentio facienda est; si enim modo hoc, modo contra-  
rium fuerit observatum, determinari rite hanc poterit,  
quidnam veniat in observantiam de jure requisitam, pro-  
indeque observantia non inducitur.

Confer. l. 1. c<sup>r</sup> fin. cod. quae sit long. consuet. l. 34. ff. de rep. jur. idque pro-  
cedit in actibus contrariis, quia juxta dicta §. 2. lit. 1. actus difformes  
non adeo attenduntur, sed pro non gestis habentur; Quinam autem  
actus in specie sint difformes, hic enumerari, aut determinari non po-  
test, sed ex facto dependet, & judicis arbitrio.

## §. VI.

Immo & expediti juris est, quod sicut actus contrarii Non con-  
ad inducendam observantiam non quadrant: ita & violen- trarii, vio-  
ti, sive metu extorti (a) litigiosi, vel turbati (b) aut ex leati clan-  
precario, & mera vicinitatis tolerantia admissi ius antiquae destini, pre-  
observantiae tam parum inducunt, quam parum alias ad carii,  
inchoandam, & complendam præscriptionem sufficere di-  
euntur. (c)

(a) L. 1. ff. de loc. publ. fruend. vim tamen is probare debet, qui eam al-  
legat, sive sit actor, sive reus, quia vis est facti, & sicut nec dolus,  
aut mala fides, ita nec vis præsumitur, l. 18. §. 1. ff. de prob. nisi quis  
violentia ex post facto acquiecerit, nec proditis in jure mediis, v. gr.  
per actionem, vel exceptionem quod metus causa in contrarium ege-  
rit; tunc enim per subsecuram acquiescentiam censemur in actum antea  
vi, vel metu extorum ultra consentire.

(b) Per litem enim etiam usucatio, vel præscriptio impeditur, & inter-  
ruptitur, esque possessorem constituit in mala fide, Arnoldus Rath.  
de præscript. cap. 2. assert. 41. c<sup>r</sup> cap. 5. assert. 78. ad actus vero turbaros,  
quoniam per eos inducatur observantia, requiritur, ut quis turbationi ac-  
quieverit, secus turbatio, saltem extrajudicialis, nec in mala fide con-  
stituit, nec exercitum ad observantiam requisitum impedit.

(c) Cum hujusmodi actus ex se sint inhabiles ad jus aliquod introducen-  
dum. cap. 18. de prebend.

## §. VII.

Quodnam vero tempus ad memoratam antiquam ob-  
servantiam juris cuiusdam inductivam rite stabilendam re- Quantum  
quiratur, non una est interpretum sententia; aliis eam de- tempus ad  
b cem,

etiam requiri cem, vel viginti, (a) aliquibus triginta, vel quadraginta ratur, va annorum curriculo (b) immo nonnullis ipso temporis im- riz opinio- memorialis spatio (c) propterea definiendam autumantibus, nes.

eo quod propter actus discontinuos similitudinem sortiatur cum servitute discontinua, de jure communi ex probabi- liori (d) spectatis vero constitutionibus Bavanicis ex certa sententia (e) tempore demum immemoriali adquirenda. Denique alii temporis determinationem ipli judicis arbitrio relinquendam esse existimant. (f)

(a) Quod tempus alias in jure longum, vel antiquum dicitur. Gloss. & D. D. ad rubr. cod. que sit long. consuet.

(b) Wehner. præf. obs. verb. von Alters.

(c) Arnoldus Rath. de contin. jur. Rom. C<sup>o</sup> Bav. different. assert. 113.

(d) Per l. 1. §. fin. ff. de aqua, C<sup>o</sup> aquæ pluvia arcend. Gaill. lib. 2. obs. 66. num. 7.

(e) Cod. Bav. civ. part. 2. cap. 7. §. 5.

(f) Per l. 1. ff de jure deliber. quia tempus antiquæ observantiae in jure quidem communi nullibi reperitur definitum; ergo judicis arbitrio videtur esse relinquendum, quis quidquid in jure non est expressum, id arbitrio judicis relinquendum esse, videtur, Gail. lib. 2. obs. 31. n. 13. ubi sit, arbitrio judicis committendum esse, quæ dicatur justa consuetudo.

## S. VIII.

Nostra  
sententia  
de jure  
communi.

Verumtamen, & de jure quidem communi, ambiguis hisce Interpretum opinionibus in compendio relictis in de-signando memoratae observantiae tempore nec ad certum annorum numerum, neque quoad hunc passum ad judicis arbitrium, sed potius ad ipsam substratae materiæ, sive juris illius per antiquam observantiam inducendi, vel conservandi, indolem ita recurrendum esse videtur, ut si jus per observantiam inducendum versetur in favorabilibus, tempus longum decem, aut viginti annorum, (a) fin vero de re, vel jure graviori, ac momentoso agatur, triginta vel qua- dra-

(a) In favorabilibus enim tempus decem, vel viginti annorum dicitur antiquum, uti v. gr. in causa libertatis, l. 16. §. 3. ff. qui C<sup>o</sup> a quibus manumiss. liberi. sic etiam in jure emphyteusis, vel alterati Precorii minus laudemium, quam confuetum per quinque pro centum, ex parte coloni per observantiam decem, vel viginti annorum, cum sit casus favo- rabilis, potest introduci, argumento dicto l. 16. §. 3. ff. qui C<sup>o</sup> a quib- bus manumiss. liberi.

draginta annorum spatium (b) in iis denique, quæ sunt juris insoliti, & prohibitivi, temporis immemorialis () cursus requiratur; adeoque quoties in jure communi de antiqua observantia sermo fit, terminus iste semper intelligendus sit secundum qualitatem substratae materiæ. (d)

(b) Per l. 3. & 4. cod. de prescript tridint. vel quadrag. ann. Mynsinger respon. II. n. 34. Sic ad laudemium accessus, & discessus, des Anfalls, und Abs jugis, ex parte Domini directi per observantiam inducendum requiruntur tridinta anni, cum sit jus quodammodo odiosum, ideoque in Statutis bavaricis antiquis tit. 21. art. 21. ad hoc requiritur observantia notoria; & quod hunc passum etiam coincidit Codex Bay. civ. part. I. cap. 2. §. 15. & part. 4. cap. 7. §. num. 9.

(c) Quæ enim juris presumptionem, & resistentiam contra se habent, præsumuntur injusta, violenta, clandestina &c. proindeque non nisi tempore immemoriali justificanda, per cap. I. de prescript. in 6. Covarruvias ad cap. postferr 2. §. 4. de reg. jur. in 6. veluti si quis Dominus directus a coloniis suis nomine solius laudemii accessus des Anfalls, ultra quinque, & v. g. sex, vel octo pro centum prætenderet.

(d) B. Schmid ad stat bay. tit. 21. art. 21. num. 3. in fine.

## §. IX.

In moderno tamen jure Bavarico ad antiquam observantiam juris cuiusdam inducтивam pro regula ponitur ad minimum tempus triginta annorum; (a) exceptis iis rebus, in quibus jus minus, aut longius tempus statuit, velut exemplum est in casu laudemiali, quo juxta codicem Bavaricum mortuo colono liberi, & hæredes descendentes prius, & simul ad laudemium non tenentur, sed id ab eo solo demum debetur, qui præmium facta transactione postea receptaturus est, nisi immemoriali observantia aliud introductum fuerit. (b)

Sententia  
de jure Ba-  
varico.

(a) Cod. Bay. part. I. cap. 2. §. 19. num. 3. & Anmerkungen. ibi.

(b) Cod. Bay. part. 4. cap. 7. §. 11. num. 5. eo quod nimurum talis exactio sit quodammodo duplicita, sive odiosa, & juris presumptionem, ac resistentiam contra se habens, proindeque non nisi tempore immemoriali acquirenda, cap. I. de prescript. in 6. uti in mea dissertatione de probanda temporis immemorialis prescriptione assert. 33. latius deduxi.

## §. X.

Neque minus temporis spatium, quam immemoralis, Qualis ob-  
in operis subditorum insolitis, denen ungebräuchigen Scharfervania  
B 2 were



requiratur werken, Domino jurisdictionali in defectum justi tituli in antiqua observantia sese fundante de jure communi requiriatur; (a) quamvis spectato codice Bavarico observantiam longissimi temporis, triginta, vel quadraginta annorum sufficere statuatur. (b)

(a) Eo quod hujusmodi operae insolite vulgarem usum, & juris resistentiam contra se habere videantur; quibus etiam alimentatio canis venatici adnumerari meretur, Christoph. Clingenperg. *de operis subditorum cap. 5. assert. 50. n. 5.* ubi etiam ad præscriptionem hujusmodi operarum inconstuetarum tempus immemoriale reliquit.

(b) Cod. Bav. part. 2. cap. 11. §. 3. num. 12.

## §. XI.

Quæ aliae Quærenti vero, quænam demum res, ac jura per annes per ob-tiquam observantiam acquire soleant? Respondemus, in iis servantium casibus, qui nec ad servitutem aliquam, neque ad jus serviri acquire so- vituti quodammodo simile, & alias vi præscriptionis ob-tineri solitum (a) revocari queunt, deficiente insuper pa-cto, vel alio liquido titulo, quem ante omnia inspicere necesse est, ad antiquam observantiam posse recurri; (b) qui tamen casus propter emergentem factorum varietatem Jurisconsultorum potius arbitrio relinquendi veniunt, tanquam in specie difficulter hic enumerandi. (c)

(a) Quale est v. gr. jus pascendi, ligandi, piscandi, quod in ordine ad præscriptionem eadem, qua servitutes discontinuit, præscriptione ob-tineri solet, const. Cod. Bav. part. 2. cap. 8. §. 12. 13. 14. 15. 16. C. 17 Landrecht. tit. 26. art. 9.

(b) Quo etiam respicit textus in l. 1. §. fin. ff. de aqua, C aqua pluv. ar- cend. in verbis, habuisse bona consuetudine. C in l. 2. verbo, verustas, cod.

(c) In præsentiarum tamen est jus laudemii, operarum, decimarum, juris patronatus, & similium; ita tamen, ut ea, quæ per observantiam acquiruntur, etiam per præscriptionem acquire valeant, prout cuique vi- sum fuerit, an in præscriptione, vel observantia intentionem suam fun-dare velit.

## §. XII.

Observans Quoniam vero antiqua observantia sit facti, tanquam tia antiqua ex præteritis factis eruenda (a) ideo, nisi jam aliunde sit probanda notoria, probanda, ejusdemque probatio, et si quandoque diffi-

(a) L. I. cod. quæ sit long. consuet. Cod. judic. cap. 9. §. 3. num. 2. Gerichts-ordnung. tit. 7. leg. 17.

difficilis, (b) non tamen, ut nonnulli contra praxin, & ex- Et quidem  
perientiam improbabiliter opinantur, impossibilis, (c) alli ordinate ab  
ganti injungenda est; (d) nisi contra partem alteram militet allegante.  
vehemens præsumptio, (e) aut is, qui se in obseruantia  
fundat, universalem quoque, & notoriam loci consuetu-  
dinem in casu particulari ejusdem loci allegaverit. (f)

(b) Maxime in probanda actuum conformitate, cum observantia quam  
doque in uno loco sit variabilis, vel contraria, Leyser, ad Pand. part.

i. spec. 9.

(c) Allegati apud Klokium, tom. I. conf. 28. n. 223.

(d) Per l. 1. cod. qua sit longa consuet. verb. probatis his, l. 2. ff. de prob.

(e) Veluti si Dominus directus a colono accedente pro laudemio accessus  
6. vel 7. pro centum prætenderet, subditus autem in observantia, vi  
cujus in hoc loco nonnisi quinque pro centum solvi soleant, se funda-  
ret, tunc dominus directus contrarium probare teneretur, tanquam ve-  
hementi contra se juris præsumptione oneratus, quæ proin præsum-  
ptio relevat ab onere probandi, l. s. §. 1. ff. de prob. meus Processus  
judicari obser. §. 1. n. 6, C. 7.

(f) Existente enim in aliquo loco universalis observantia præsumitur etiam  
ea in particulari villa, vel prædio procedere, & quidem tali præsum-  
ptione, ut in tali prædio contrarium alleganti incumbenter probatio.  
Hinc si in toto aliquo districtu hofmarchialis moris esset, ut in muta-  
tione prædii emphyteutici solvatur laudemium discessus, & accessus.  
Unfall, und Absfahrt, unicus autem ejusdem hofmarchiæ subditus ne-  
get, de hoc prædio plus deberi, quam laudemium accessus, certe ipsi  
subdito in casu existentes prædicti universalis usus probatio incumben-  
ter, eo quob ex ipso universalis, ac notorio loci usu oriatur præsum-  
ptio, quod etiam hoc in specie emphyensis, vel alteratum precarium  
a natura reliquorum non exorbitet, B. Schmid. semicent. I. controv.  
§. 1. n. 15. ubi ita in excelsò consilio revisorio judicatum fuisse restatur.

### S. XIII.

Probaturus autem antiquam observantiam ordinariam, Quomodo  
triginta scilicet, vel quadraginta annorum, de qua modo in obser-  
præcipius sermo est, si ad processum in scriptis, articu-  
losque exhibendos deveniatur, ita articuletur necesse est: vantia 30.  
articulos annorum concipient. Primo, quod jus suum ad minimum per observantiam tri-  
ginta annorum introductum sit, (a) secundo, quod actus di-  
circa jus introductum gesti & conformati existent. (b) Er-  
stens, ja und wahr, daß sowohl die Absfahrt, als der Unfall von  
denen Inhabern dieß Orts an Seiten des Articulanten wenigst 30.

b 3

bis

(a) Juxta Cod. Bav. civ. part. I. cap. 2. §. 15. num. 3.

(b) §. 14. 15. C. 16. infra.



bis 40. Jahr her zur Zeit deren vorgehabten Veränderungen abgesfordert, und demselben auch verrichtet worden. Anderens ja, und wahr, daß solche Abfahrt, und Anfall auch per actus gestos, & conformes, mithin durch solche Uebung erlegt worden, daß hiedurch ein vollkommenes altes Herkommen nach Ausspruch der Rechten, und insonderheit des Thurbajerischen lobl. Codicis civ. part. 4. cap. 7. §. 11. num. 9. nach Benügen am Tag lige. Qui posterior articulus propter textum ex jure Bavario allegatum est informis, sed potius ad movendum judicis arbitrium idoneus; quamvis enim alias articuli probatoriales non debeant esse juris, sive in allegationibus juris concipi, (c) expedit tamen nonnunquam, ut brevis quædam relatio ad jus planum, si commode fieri poterit, subternatur.

(c) Gaill. lib. I. obs. 82. n. 13.

## §. XIV.

In articulo satis intelligitur, ad probationem antiquæ observantiæ, tanquam in exercitio radicatae, actus gestos, & conformes, atque ad substantiam eius gesti, inducendi juris specificæ loquentes adeo requiri, ut sufficiens haud inducatur probatio, si testes in alio casu tantum generatim deponerent, ita esse observantium (a) sed necessarium sit, ut sicut articuli, ita & testimonia dicta, quæ alias articulis oportet esse conformia, speciales actus notos faciant. (b)

(a) Quia tali modo testes potius de jure testificarent, quam de facto, in quo fundatur observantia, Mynsinger. cent. I. obs. 41. n. 14.

(b) Quo præter ea, qua tradit Colerus de process. execut. part. I. cap. 3. n. 34. facit ipsa praxis, vi cuius primo loco ponitur in genere observantia cum suo tempore, dein secundo loco actus uniformiter gesti; unde v. gr. in probando laudem in discussus non sufficeret dicere, ita esse observantium temporis longissimi, nisi insuper addatur, laudem in discussus intra spatium triginta annorum duobus conformibus actibus factum fuisse.

## §. XV.

Quot autem numero actus frequentati ad talem observantiam requirantur, ita variant interpretes, ut multi aetuum

bgez  
ja,  
ge-  
den,  
ruch  
icis.  
rico  
dicis  
ato-  
uris  
væ-  
sub-  
  
pro-  
ra-  
ciam  
füll-  
tan-  
(a)  
cta,  
ctus  
  
o, in  
  
ap. 3.  
bser-  
est;  
, ita  
nium  
us fo-  
  
ser-  
i a-  
m

etuum determinationem cum Menochio (a) judicis arbitrio designandam esse existimat; quæ sententia, etli ordinarie duo actus sufficere possint, (b) etiam nobis præplacet, quatenus judex prudenter arbitretur, utrum per duos, vel etiam tres actus uniformiter gestos observantia adeo probata censeatur, ut absque singulari difficultate exin conjecturari queat, retro actis temporibus plures hujusmodi actus præcessisse, & sic observantiam sive longissimam, sive immemorialem extare. Esto interim, & bene sibi consulet pars, si plures, quam duos actus indagaverit, allegaverit, & probaverit. (c)

(a) *De arbitr. jud. quæst. cas. 81.* n. 4.

(b) Anmerkungen in Cod. Bav. civ. part. I. cap. 2. §. 15. num. 2. l. 12. ff. de test. cap. 40. de reg. jur. in 6. quis pluralis elocutio duobus continetur, idque in omnibus actibus procedit, in quibus lex expresse non requirit plures. Henricus Canisius ad cap. 40. de reg. jur. in 6.

(c) Kemmerich. *de prob. consuet. scđt.* 2. §. 4. si enim plures eo meliores.

## §. XVI.

Conformatitatem porro horum actuum, ejusdemque necessitatem jam supra sufficienter allegavimus, hac sola notwithstanding obser-  
tabili quæstione hucusque relicta, an ista conformitas ab vantiā  
articulante specialiter sit probanda? cui quæstioni satisfac- probare  
turi respondemus, quod sicut vis, metus, precarium, debet  
clandestinitas, aliudve vitium actui contrarium non præ- qualitatē  
sumitur, sed ab excipiente probandum est: (a) ita & pro-conformis-  
atio contrarietatis non articulanti actus conformes, sed tatis.  
excipienti contra conformitatem incumbat. (b)

(a) *L. 18. §. 1. ff. de prob.*

(b) Eo quod actus semel positi tamdiu censeantur legitimi, & conformes, donec ab excipiente contrarium probetur, Kemmerich. *de consuet. scđt.* 2. §. 6. ubi ait, quod ex actibus allegatis hæc conformitas præsumatur, ideoque distincta probatione non indigeat. Hinc si Titius articulatur, & probaret, se sp̄ius v. gr. duabus, vel tribus vicibus e fundo suo etiam nomine laudemii discessus quinque pro centum percepsisse, Caius vero modernus colonus exciperet, pro hoc laudemio aliquando minus, & tantum dimidium pro centum solutos fuisse, Cajo excipienti incumbet probatio hujus actus contrarii.

## §. XVII.

Eandem conformium actuum necessitatem etiam in Quomodo probanda immemoriali observantia ad casus exorbitantes, immemo-  
vel



rialis obser. vel in jure expressos deposcimus, ubi ipsa temporis im-  
vania arti- memorialis diuturnitate prius, dein actuum exercitio pro-  
culanda est. posito articuli quoad substantiam ita veniunt conceipiendi.

Primo, quod quis jus suum per observantiam tanti tempori-  
ris, cuius initii memoria non exstat in contrarium, obti-  
nuerit; secundo, quod actus circa hoc jus gesti, & confor-  
mes exstant. Erstens ja und wahr, daß an seiten des Articulan-  
tens bey denen jedweiligen Grundgütern dieß Orts von denen sam-  
mentlichen Kindern der Todfall ihres Erblassers laudemirt wor-  
den. Anderdens ja, und wahr, daß solcher Anfall deren Kindern  
auch per actus gestos, & conformes, mithin durch solche Ue-  
bung erlegt worden, daß hieraus das erforderliche unsicherenliche  
Herkommen nach Besigten erhelle. (a)

(a) Conf. Cod. Bav. civ. part. 4. cap. 7. §. 11. num. 5.

## §. XVIII.

Observan-  
tia antiqua  
probatur  
variis me-  
diis.

Testibus.

Scriptura.

Notorio.

Potest autem antiqua observantia, articulis desuper  
erectis, atque ad probandum admisis variis mediis in jure  
ulitatis, quibus alias præscriptiones, aliæque possessiones  
antiquæ solent, probari, puta, testibus legitimis, & re-  
rum gnaris, etiam de auditu alieno, (a) non tamen de  
credulitate, (b) deponentibus; nec non instrumentis, urba-  
riis, vel libriss censualibus, (c) maxime in re emphyteuti-  
ca, aut notorio, sive facti, & actuum notorietate, daß es  
fast jederman wissend, und refierkündig seye. (d)

(a) Nam in antiquis etiam testes de auditu admittuntur, & probant, præ-  
fertim si alii haberi non possunt. l. 2. §. 8. ff. de aqua.  $\mathcal{O}$  aqua pluv.  
arcend. in verbis: Si qui audierint eos, qui memoria tenuerint.

(b) Per dictam l. 2. §. 8. in verbis si factum esse non ambigitur. ff. de aqua,  
 $\mathcal{O}$  aqua pluv. Codex judic. cap. 10. §. 17. Numerungen ibi num. 3.  $\mathcal{O}$   
4. deberit enim testis rem vel ipse scire, vel ab aliis categorice audisse.

(c) Cap. ad audienciam. de prescript. l. censu. ff. de preb. Tiberius Deci-  
nus. vol. 4. resp. 40. n. 7. ubi sit, tempus live observantiam antiquam  
probari per libros censuales castri, Ecclesie, vel Episcopatus, idque  
melius, ac communius.

(d) Cod. Bav. civ. part. 4. cap. 7. §. 11. Landrecht tit. 21. art. 21. verb.  
kündlich Herkommen.

## §. XIX.

An articu- Sed quid circa antiquam observantiam testibus pro-  
lirrelevan- bandam de eo casu dicendum, ubi dominus quidam dire-  
ctus

Et si jus aliquod instrumentis easu amissis per testes alias ter conce-  
legitimos probaturus articulos positionales non ad obser- pri relevari  
vantiam immemorialem ad illum casum necessariam, sed possint per  
tantum super antiquam, & ordinariam triginta annorum testium de-  
concipiebat, ipsi tamen producti, & examinati testes super positiones.  
articulos tanquam pro relevantibus agnitos examinati de  
immemoriali observantia praetensi hujus juris diserte depo-  
nebant, anne articuli ad probandam immemorialem ob-  
servantiam irrelevanter concepti suppleri, & relevari po-  
terunt per subsecutas testium depositiones? Profecto nega-  
tivae opinioni calculus ideo adjiciendus esse videtur, quia va.  
Rationes pro negati-  
va.  
articulis super tempus triginta annorum, sive longissimum  
deductis testes de immemoriali tempore sermonem inge-  
rentes depositionem faciunt articulis non conformem, id-  
eoque invalidam, tanquam juri, testium depositiones ab  
articulis exorbitantes rejiciunt, contrariam, (a) immo po-  
tens rei ratio hand vano dilemate ostendi posse videtur;  
vel enim testes in dictis suis de observantia immemoriali  
deponentes in examine fuerunt specifice interrogati super  
tempus immemoriale, vel non? Si fuerunt interrogati,  
haec ipsa interrogatoria tanquam extra articulos posita nul-  
lius sunt momenti, cum etiam interrogatoria sive a parte  
exhibita, sive a judice ipso concepta ex articulis erui, eis-  
que conformia esse debeant, & testis extra articulum in-  
terrogatus fidem non facit, tanquam super solos articulos  
jurans hoc ipso non juratus deponens. (b) Sin autem testes  
non fuerunt interrogati super tempus immemoriale, tunc  
eorum depositiones tam propter memoratam ab articulis  
discrepantium, quam etiam ex hac ratione non subsistunt,  
quia testes non debent esse verboli, & ad ea respondere,  
de quibus non interrogantur, & taliter deponentes fidem  
non faciunt, (c) ut adeo universim ex his inferri queat,  
articulos ad probandam immemorialem observantiam exhibi-  
tos

## c

(a) Gaill. lib. 1. obs. 95 n. 4. C. 5. per rationem, quis testis ante examen  
tentrum super articulos jurat, ergo extra articulum deponens non jurat,  
sicque nulliter deponit, per cap. de testibus. cap. cum causam. extr.  
de testib. Cod. judic. cap. 10 §. 14.

(b) Diut. cap. de testibus. extr. de testib.

(c) Id quod etiam pugnaret contra formulam juramenti, vi cuius testis  
jurat, se tantum super eam rem, de qua interrogabitur, veritatem di-  
cere velle, Codex judic. cap. 10. §. 14. num. 2.

bitos irrelevantes esse, nec per secutas testium depositio-  
nes relevari, neque requisitam temporis immemorialis pro-  
bationem erui posse.

## §. XX.

**Stabilitur affirmativa.** Contrarium tamen, & quod articuli in præmisso casu ad probandam immemorialem obseruantiam impertinenter concepti juxta testium potius depositiones regulari, & sic observantia immemorialis ex subsecutis ejusmodi plenis te-  
stium depositionibus probata censeri possit, veritati juridi-  
cæ magis consentaneum, & non adeo pridem in facto ju-  
dicatum est, eo quod etiam in probando tali jure antiquo probatio per testes multum dependeat ex ipsis testium de-  
positionibus, secundum quas ipse judex articulos alias su-  
per punctum juris irrelevantes ex officio dirigere, & sic errorem juris corrigere valeat, (a) præfertim etiam, ne processus de novo instrui debeat. (b)

(a) *L. un. Cod. ut qua desunt advocatis partium judex supplet. Widmont. ad tit. ff. de postulando, num. 70.*

(b) Immo non modicam attentionem merentur verba in ipsis casus hujus articulis posita, bey dreyßig, und noch mehr Jahr, quæ verba, juvan-  
tibus præcipue testium depositionibus, saltem implicite, & æquivalen-  
ter tempus etiam immemoriale important. Accedit, quod in nostro  
casu adversarius in sua exceptione, & in eventum responsione non ex-  
cepit super articulorum irrelevantiam, sed per verbum, glaub nicht  
wahr zu seyn, haud veros esse pronuntiaverit: ergo hoc ipso etiam tacen-  
te, & contentiente parte adversa articuli haberi possunt pro relevanti-  
bus, cap. qui ractet. de reg. jur. in 6. nec eos judex ex officio rejicere re-  
netur, maxime, cum articuli non sint pars essentialis probationis, utpote  
quæ etiam sine articulis fieri potest.

## §. XXI.

**Responsio ad contra-  
ria.** Non obstante interim errore judicis articulos imperti-  
nentes admittentis, (a) nec advocati impertinenter articu-  
lantis, (b) immo neque ratione in contrarium allata quid-  
quam remorante, siquidem alias testium dicta haud adeo  
conformia esse debeant articulis minus relevantibus, ea-  
dem-

(a) Per dicta supra §. 20. lit. a.

(b) Error namque advocati est error juris, qui partibus non nocet, sed  
potius ex officio judicis potest suppleri, *L. un. cod. ut qua des. advov.  
part. jud. suppl. Widmont. in colleg. pand. tit. de postulando n. 70.*



demque in præsentiarum propter verba, bey dreyfig, und  
noch mehr Jahr, conformia sint saltem implicite, & æquivalenter, (c) cæteroquin etiam ipsi testes in hoc facto de  
temporis antiquitate simpliciter interrogati, ideoque, licet  
forte quoad corticem verborum extra articulos deponentes,  
in essentia tamen convenientes non possunt tanquam non  
jurati protinus repelli. (d)

(c) Atque tali modo testes deposuerunt super dependentia, & connexa  
cum articulis, hinc non censeri debent deposuisse extra articulos, uti  
eleganter docet Nellus de S. Geminiano in tractatu de testibus apud  
Bartolum. num. 92. ubi tradit, testem non deponere extra articulum,  
si deposit super dependentiis, vel connexis, aut concomitantibus, ut  
supra loco, & tempore. Qui auctor in hoc casu multum disputato, &  
diutius haerente mihi bene ad manus fuit; & ego testari possem, me  
in antiquis hujusmodi auctoribus, præsertim ante editionem codicum  
Bavaricorum, veluti in Bartolo, Baldo, Jafone, Alexandro imolensi,  
& cum eo florente Cæpollo; Cravetta, Everhardo, Arnoldo Rath,  
Manzio, aliasque nonnuaquam rariora, clariora, & solidiora pro casi-  
bus eriam modernis invenisse, quam in novis.

(d) Maxime, quia in usu judiciario testes universaliter deponentes solent  
jurare simpliciter de veritate dicenda, daß Zeng in der Sach, darum  
er gefragt werde, die Wahrheit sagen will. Quo casu etiam extra arti-  
culos deponentes eo facilius probant, cum censeantur dicere veritatem  
non solum super articulos, sed super totam causam, Hunnius. in ency-  
clopediâ juris universi part. 2. tit. 19. cap. 6. n. 38. atque hac ratione  
testes de connexis interrogati, & deponentes non sunt pro verbosis,  
aut inspeclis reputandi.

## §. XXII.

Anne vero antiqua observantia plene probari queat per testes de communitate in causa ipsius communitatis, idque saltem tunc, quando alii testes haberi nequeunt, & quis probare teneatur, ac quomodo intelligatur, quod veritas aliunde haberi non possit? controversia fuit in summis quoque tribunalibus ventilata, ubi nimirum communitas quedam, postquam eidem per sententiam interlocutoriam injunctum fuit, ut proprietatem, sive dominium directum fundi cuiusdam ad se pertinere, Titio autem vicino non nisi alteratum precarium, in eodem fundo antecessoribus titianis a communitate juxta ejus asserta concessum competere proberet, sex testes senes, reique notitiam habentes produxit, contra quos tamen Titius, veluti testes de com-

An testes  
de commu-  
nitate in  
causa com-  
munitatis  
sint idonei,  
saltem  
quando alii  
haberi ne-  
queunt.

munitate, ideoque in propria causa deposituros exceptit, communitate rursus regente, testes etiam ex communitate productos in sua causa esse idoneos; quamvis enim passim in jure notum sit, quod testes ex communitate producti in causa ejusdem communitatis, ubi interesse concernit singulos, veluti in causa laudemii, & anni canonis communitati praestandi, legales non sint: (a) cum tamen in praesenti casu juxta communitatis assertum alii, & extranei testes haberi non possint, simulque in jure provisum sit, etiam testes de universitate, commodo singulos respiciente, in defectum aliorum testium propter difficultatem probationis haberi pro legalibus, (b) immo in antiquis testes alioquin inhabiles admitti, (c) levioribus quoque documentis per indicia, & conjecturas sufficientibus, (d) ideo contra hos communitatis testes nulla videtur inferri posse solida exceptio.

(a) *L. 10. ff. l. 10. cod. de testib. Codex judic. cap. 10. §. 11. num. 3. Menochius. de arbit. iudi. quest. cas. 106. n. 4. & 5. Math. de Afflictis. decisi. 400. n. 2. 5. & 7. Parisius. vol. 1. cons. 104. n. 135.*

(b) *Ne alias veritas occultetur, Schneidevyn. in §. 6. n. 5. inst. de rerum divisione. Manzius. in specialibus juris communis verbo, veritatis causa. Hunnius. encyclop. jur. univers. part. 2. tit. 19. cap. 9. n. 31.*

(c) *Georgius Everhardus. vol. 2. cons. 40. n. 78.*

(d) *Cap. cum causam. extr. de prob. cap. cum olim. extr. de censib.*

## S. XXIII.

**Resolutio** Verum his transmissis causa pro Titio contra testes compuse ioris munitatis excipiente fuit decisa, quoniam ad hoc, ut dici questionis, queat, alios testes haberi non posse, talis requiratur actus, de cuius ipsius natura veritas per alios erui non potest, (a) Proprietas autem, & dominium directum fundi in praesertiarum ex praestatione laudemii testibus probandum inter hujusmodi actus propterea non venit recensendum, quia non est talis naturae, & difficultatis, quin per testes alios probari nequeat, praesertim cum & aliæ vicinæ communitates hujusmodi proprietate fundorum in censum concedi solitorum gaudeant, tisque illa potius a communiter contingentibus dependeat. (b)

## S. XXIV.

(a) *Uti tradit Tiberius Decianus. vol. 2. respons. 25. n. 2.*

(b) *Econtra in actu, quo testes alias inhabiles admittuntur, ea de causa, quia alii haberi non possunt, requiritur, ut ejus circumstantiae a communiter contingentibus non dependant, Decianus. loc. cit.*

## §. XXIV.

Plurimum quoque ad antiquam observantiam in rebus Observan-  
præcipue emphyteuticis probandam consert scriptura, ma-  
xime ex archivō publico deprompta, quæ vim habet pu-  
blici instrumenti, ne pro scribente vel ejus hæredibus ple-  
nam facit fidem; (a) quin & urbaria, vel libri censuales,  
sive scriptura e privato Domini directi, Ecclesiæ præser-  
tim, archivō deprompta non minorem fidem præcipue in  
antiquis meretur; quamvis enim in jure alias scriptura pri-  
vata nullam, nequidem semiplenam probationem facere di-  
catur, (b) & hujusmodi libri censuales, vel urbaria nihil  
aliud sint, quam privata, & domestica scriptura, vi cuius  
Domini, qui hujusmodi scripturas pro libitu corrigeret, au-  
gere, vel minuere possent, existerent judices in propria  
causa; (c) nihilominus in antiquis, memoriam præsertim  
hominum excedentibus, (d) plenam contra subditos indu-  
cunt probationem, maxime si aliis adminiculis juventur. (e)

## € 3

## §. XXV.

- (a) *T. tit. ff. & cod. de fide instrumentorum, cod. judic. cap. 13. §. 2.*  
(b) *L. 7. cod. de prob. codex judic. cap. 11. €. 3.*  
(c) *E periculorum foret si tali scripturæ fides habestur, qua Dominus  
sibi ipsi debitorem constituit, ex quo capite nec fiscus ex suis annota-  
tionibus debitum probare potest. l. 7. cod. de probat.*  
(d) *Proinde si in libris censualibus tanti temporis præstatio reperiatur de-  
scripta, quæ ad præscriptionem, vel observantiam sufficiat, absque ul-  
teriori adminiculo plenam ius fidem adhibendam esse statuit Carpzovius.  
resp. jur. lib. 1. tit. 7 resp. b. n. 19. Boerius. decif. 105. n. 13. Fran-  
ciscus Baltasar. de operis subd. cap. 17. pag. 431. Christoph. Clingenperg.  
de op. subd. cap. 4. assert. 40. n. 7.*  
(e) *Talia autem adminicula sunt 1. si ejusmodi archivum Ecclesiæ in loco  
publico sit, ubi & publico instrumenta custodiri, & affervari solent.  
2. Si archivum ab officiali publico, seu archivario peculiariter constitu-  
to afferveretur. 3. Si in tali archivō consueverint reponi, & affervari alia  
publica instrumenta, eaque scriptura reposita fuerit inter alias publicas,  
& authenticas scripturas. 4. Si alias archivō, & literis inde extrahitis  
consueverit fides haberi. 5. Si adsit testimonium archivarii testantis  
scripturam esse illius archivii. 6. Si tale archivum voluntate Superioris sit  
erectum, Hunnius. encyclop. jur. univers. part. 2. tit. 18. cap. 1. n. 37.  
Colerus. de process. execut. part. 3 cap. 1. n. 89. Henricus Canisius. ad  
cap. 13. extr. de probat. Dein 7. si libri censuales alias a subditis agni-  
ti, & approbati fuissent. 8. Si subditi hos libros pro se, ac in favorem  
& utilitatem suam allegarent, quo casu ex summa æquitate etiam con-  
tra subditos probant. 9. Si plures sunt libri uniformes, ac ordinatis fe-*

rie conscripti. 10. Si non ab uno, sed a pluribus honestam in eodem officio subrogatis fuerint conscripti. 11. Quando partis librorum censualium, vel urbariorum essent verisimiles, & major pars eorum esset probata, & verificata, arque inserta essent data, ac recepta. Baltasar. de operis subdit. cap. 17. pag. 423. cum seq. Et pag. 430. ubi tradit, necessario non requiri, ut haec administrula simul ac semel in libro censuali ad faciendam plenam probationem coaccurrant, sed sufficere, unum, aut alterum intervenire, quod propter emergentes varias circumstantias judicis quoque arbitrio committi potest.

## §. XXV.

An obser-  
vantia pro-  
bari possit  
juramento  
suppleto-  
rio.

Præter libros autem censuales, & urbaria, ac literas investituræ subditis tradi solitas, (a) notorium, & famam, (b) in probanda observantia antiqua semiplena probatio ex eo quoque fine attentionem meretur, ut insuper juramento suppletorio locus concedi queat; et si enim Kemmerichius (c) subsistat, & quando per unum duntaxat testem probatio facta est, locum juramento huic rectius negandum, idque interdum pro re nata admitti posse obscure arbitretur: nobis tamen non videtur sufficiens reddi posse ratio, cur dominus directus in defectum plenæ probationis ad juramentum suppletoriū admitti non possit, si cæteroquin requisita hujus juramenti, velut semiplena probatio per unum testem, aut instrumentum minus authenticum, aliae semiplenam probationem inducentia, (d) simulque juri- rantis scientia ex sensu corporeo; quod ipsem ita vide- rit,

- (a) Vulgo Stiftbrief, quæ literæ si contrarie essent libro censuali, vel urbario, aut si specifice, urbarium vero generice loquereretur, in probatio ne urbario præferuntur, maxime, quia literæ investituræ plenam pro subdito contra dominum faciunt probationem, Pistorius. part. I. conf. 14. n. 12. quod vice veria dici non potest de libris, & urbariis, quæ in defectu aliorum administrulorum sive non probant, Baltasar. de operis subd. cap. 17. pag. 437. ubi id in operis subditorum ita exemplificat, ut si in domini libro censuali operæ indeterminatae, in literis vero investituræ determinatae reperiantur, literis investituræ standum sit.
- (b) Quid autem sit notorium, quid fama, & quomodo probetur, ac probet, videatur cod. judic. cap. 12. §. 5. Et 6. & meus processus judicia- riū probat. obs. 152. cum seq. quæ hoc non repetimus.
- (c) In libr. de probat. consuet. sect. 2. §. 17.
- (d) Qualia etiam sunt confessio extrajudicialis absente parte facta, graves conjecturæ, cod. judic. cap. 12. §. 2. Hunnius. encyclop. jur. univers. part. 2. tit. 12. cap. 1. meus processus judiciarius. obs. 112. n. 2.



rit, & expertus sit, hausta (e) concurrat: præsertim in antiquis, quæ difficilioris probationis, & ita constituta sunt, ut in illis semiplena probatio majorem vim, ac in aliis causis, consequatur. (f)

(e) Velut passim tradunt interpres, & in Bavaria constat ex cod. judic. cap. 13. §. 3. & *Ummerkungen ibi n. 3.* Brunneman. ad l. admonendi. 31. n. 16 ff. de jurejur.

(f) Immo sicut in antiquis leviores probationes per indicia, & conjecturas sufficere dicuntur, cap. cum causam extr. de probat. Georgius Everhardus. vol. 2. cons. 47. n. 3. Knihen. de jure territorii cap. 3. n. 25. ita & cum Hunno multi tradunt interpres, quod in antiquis, præsertim memoriam hominum excedentibus, sufficiat, si jurans habeat notitiam ex fama, vel relatione aliorum, & antecessorum.

## §. XXVI.

Quemadmodum vero quævis præscriptio contrariis probationibus elidi potest: ita etiam contra observantiam antiquam parti adversæ suas inferre licet probationes, & vel testibus, vel instrumentis docere vitiosum observantiae initium, injustum titulum, malam fidem, actum contrarium, (a) aut violentos, clandestinos, precarios. Quod si vero contingat, ut pars utraque æquales omnino probationes habeat, testes contra observantiam deponentes, reique memoriam, aut actum contrarium existare asseverantes propterea præferendos esse censemus, quia constituantur in positiva, affirmativa, & magis specifica dictione; si eut in simili in docenda præscriptione illi testes, qui de vitiolo initio, mala fide &c. dilucide deponere sciunt, in æquali alias testium concursu plus probant, quam illi, qui ad præscriptionem probandam producuntur. (b)

Antiqua  
observan-  
tia porest  
reprobari.

(a) Quia & unicus actus contrarius observantiam impedit potest, ac interrumpere, *Ummerkungen in cod. Bav. civ. part. 1. cap. 2. §. 15. num. 2.*

(b) Baltasar. præst. refol. in *jus commun.* & *Bavaricum.* tit. 9. refol. I. n. 23. in fin.

## §. XXVII.

Immo licet in legibus civilibus multa ita statuantur, Tollitur & executioni mandari jubeantur hac apposita clausula, ni si aliud in quodam loco observantia receptum sit; (a) ipsa ta-

(a) Confer in *Bav. Landb.* und *Polliceordnung libr. 3. tit. 13. art. 3.* Codex *Bav. civ. part. 4. cap. 7. §. 11. num. 4.* & 9.

**Aut si est tamien lege præsertim bonum publicum respiciente tolli contraria posse obſervantiam antiquam quamcunque nulli dubitamus.**  
**juri naturæ. (b) Sicut & obſervantia juri naturali præceptivo, ac immutabili, (c) vel juri divino, (d) aut alias bonis moribus adverſa, tanquam potius corruptela intolerabilis, e communitate exterminanda foret. (e) Prout etiam præter laude-mia accessus, & diſcessus plura introduci nequeunt per obſervantiam etiam immemorialem. (f)**

- (a) Confer in Bav. Lands, und Polliceyordnung libr. 3. tit. 13. art. 3. [Codex Bav. civ. part. 4. cap. 7. §. 11. num. 9. ¶ 9.]  
(b) Carpzovine. in defini. constiſ. libr. 1. tit. 9. defin. 145. n. 6. immo & posterior obſervantia elidere potest priorem, Anmerkungen in cod. Bav. civ. part. 1. cap. 2. §. 15.  
(c) Heinricius elem. jur. secund. ord. pand. lib. 1. tit. 1. §. 17. ¶ tit. 3. §. 104.  
(d) Unde v gr obſervantia induci non potest, ut unus testis, vel testis non juratus plenam fidem faciat inter plebejos, cum sit contra jus divinum, iuxto Gaillium. lib. 1. olſ. 101. n. 11. ¶ 12.  
(e) Codex Bav. civ. part. 1. cap. 2. §. 15. Anmerkungen ibi num. 2. enijs exempla hoc enumerari nequeunt, sed potius vigilantis gubernatoris officio relinquenda sunt. Carpzovius. resp. jur. lib. 6. tit. 10. resp. 102. n. 18.  
(f) Codex Bav. civ. parte 4. cap. 7. §. 11. num. 9. in fin.

## §. XXVIII.

**Quo modo antiqua obſervantia a præscriptione differat, nonnulli interpretes multis speculativis ambagi-  
bus se torquent, a propterea missas facimus, ac  
a præscri-  
ptione.**

In quantum vero antiqua obſervantia a præscriptione differat, nonnulli interpretes multis speculativis ambagi- bus se torquent, (a) quas propterea missas facimus, ac eam potissimum differentiam attentione dignam judicamus, quatenus præscriptio temporis longissimi, vel immemorialis præscribenti parit jus, contra quod præscriptione semel completa probatio in contrarium non admittitur; (b) obſervantia autem antiqua cuiuscunq; temporis inconcussum jus, & dominium non tribuit, sed duntaxat rei obtentæ præsumptionem parit, quæ proin præsumptio semper admittit probationem in contrarium, ita ut contra completam

- (a) Ut videre est apud Belbumb. de præscript. 1. pars. princ. quæſſ. 10.  
(b) L. 4. l. 4. cod. de præscript. 39. vel 40. ann. Arnoldus Rath. de præscript. cap. 4. affert. 13. n. 6. ¶ affert. 18. n. 5. Schnedevvin. de præscript. in princ. n. 17. ¶ 18. Zoehnus. ad pandect. de præscript. n. 60. Reiffenstuel. in comment. ad jus can. de præscript. §. 1. n. 21. & sic talis præscriptio etiam non admittit restitutionem in integrum, codex Bav. civ. part. 2. cap. 4. §. 12.

toll  
nus.  
mu  
ad  
mu  
ude  
ob  
[Co  
& po  
Bav.  
104.  
tatis  
is di  
conjus  
is of  
102.  
ione  
pagi  
, ac  
mus,  
oria  
emel  
osfer  
sum  
entæ  
ad  
ple  
m  
cript.  
pr. in  
stnel  
criptio  
ff. 20  
tam ejusmodi observantiam ex postfacto etiam admittatur probatio in contrarium; (c) hinc pro diversitate circumstan- tiarum quandoque melius est, si v. gr. in re emphyteutica dominus directus in præscriptione, tanquam fortius jus ha- bente, se fundet; quandoque autem, & maxime in defe- ctum præscriptionis melius conducit recursus ad antiquam observantiam, quoniam ea sit facilioris probationis, & præ- cipue foliam actuum uniformiter gestorum frequentiam re- quirat. (d)

(c) B. Schmid. *Semicent.* I. *controv.* 31. n. 17.

(d) Codex Bav. civ. part. I. cap. 2. §. 15. *Anmerkungen ibi num.* I. *Engl.*  
*de consuet.* n. 15.

## §. XXIX.

Denique ad effectum antiquæ observantiae rite proba-  
tæ respiciendo, concludimus, quod ea, præsertim si fue-  
rit longissimi aut immemorialis temporis, sortiatur vim,  
ac potestatem conventionis, constituti, privilegii, ac spe-  
cialis concessionis, adeo, ut ab ea rite probata in judican-  
do non sit recedendum, (a) nisi contrarium apertis testimo-  
niis, aut documentis fuerit demonstratum. (b)

Observan-  
tie antiquæ  
effectus.

(a) L. 24. ff. *ad municip.* in verbis: *cui consequens est, ut ne in futurum*  
*a forma observata recedatur.* l. 6. ff. *de evictio.* l. 31. §. 20. ff. *de adil.*  
*edit.* in *Bavaria Gerichts-Ordnung tit. 2. leg. 5.* ibi: *dann gut alt*  
*herkommen, Gebrauch, und Gewohnheit werden für recht gehalten.*  
Weixerer. *in die erklärte Landsfreiheit.* part. 2. *dissert.* 33. n. 2. Gaill.  
ib. 2. obs. 52. n. 19. Struvius. *in jurisprud. rom. german. lib. 1. tit. 2.*  
§. 20. Kemmerich. *de prob. consuet. sect. 3. §. 1.* Hinc instar consuetu-  
dinis actionem, sive conditionem ex moribus, seu usu inveterato pro-  
ducit, instituendam contra eum, qui tali observantiae resistit, Verlo-  
ner. *in tract. de actionibus pag. 72.*

(b) In reprobatione autem contra observantiam probatam instituenda non  
suffici generalis, & perfunditoria assertio, vel probatio, non esse hanc  
observantiam legitimam, sed requiritur probatio specialis actus contra-  
rii, adduntur dicta supra §. 14.

## §. XXX.

Præterea sicut consuetudo, ita & antiqua haec obser-  
vantia adeo strictæ est interpretationis, ut de uno loco in alio. inter-  
alium deduci non possit, (a) nec quod v. gr. uni domino pretationis.  
d. dire-


(a) L. 14. C. 39. ff. *de legib.* *Anmerkungen in Cod. Bav. civ. part. I. cap.*  
2. §. 15. num. 6. & *Codex civ. part. 4. cap. 7. §. II. num. 9.*



directo tribuit, vel negat, alteri protinus tribuere, aut præjudicare potest: velut hoc etiam Ertl (b) circa effectus jurisdictionis basileæ exemplificat.

(b) *In praxi aurea de jurisdict. inferiore lib. 1. cap. 37. observ. 2. ad fin.*

Et hæc nobis visa sunt, de hac speciali, ac utilissima materia compendiose tractare.



**ULB Halle**


008 345 163

3





B.I.G.



G-12 num-27

# ERTATIO RIDICA DE TIQUA RVANTIA.

von  
en Sermonen.

ISSIMUM EMPHYTEUTICIS,  
BUS USITATA, ET PROBANDA.

IN QUA  
VANTIAM ANTIQUAM REQUISITUM,  
CULATIO, AC PROBATIO TAM EX JU-  
MPERIALI, QUAM BAVARICO ANTIQUO,  
ANATUR, ATQUE RERUM JUDICATA-  
AUCTORITATE FIRMATUR.

AUCTORE  
JE GEORGIO  
NDENSCHLEGL,

MONAC. ADVOC. ET EXEMPT. MONA-  
D FONTANI, SUPER. BAV. JUDICE.

O MDCCLXXI.

TONACHII,

Nepomuceni Friz, Bibliopolæ Academici.

